Carolus magnus in una die VIII episcopatus in Saxonia constituit 176. 175

dicant. me hinc fugisse. quam hic cecidisse. quia
diu iniusto iniurie pondere inlato. vindicaturum me
spero. Anno dominice incarnationis DCCC
karolus
predictus cesar. ad summe virtutis et bone operationis de Nota
clarationem. in una die VIII. episcopatus. in Saxonia Christo
subdita dispositis singularibus parrochiis constituit. Naves Venete.
Quatuor naves Venetorum magne. divisisque pigmentis refer
in predicto anno
te naufragium sunt perpesse. et ut predixi. in occiduis parti
bus raro antea descentibus. pacifica deo gratias manebant
cuncta. et ekkihardus confrater meus sancti Iohannis baptiste monachus Ekkihardus fuit [illegible]
in Magadaburg paralitico depressus morbo. loquelam perdidit.
In Bauuaria et in confinio Avarorum et Marahensium quidam peregri
nus nomine Colomannus ab incolis quasi speculator esset Colomannus
captus. et ad professionem culpe quam non meruit diris
castigationibus compellitur. Ille cum se nimis excusaret. pau
perem se Christi sic vagari affirmaret. in arbore diu arida
innocens suspensus est. nam caro eius a quodam postea paululum
incisa sanguinem fudit. ungues ac capilli crescebant.
Ipsa quoque arbor floruit. et hunc Christi martirem esse mon
stravit. hoc marchio Heinricus ut comperit. corpus eiusdem in Mezilecun sepelivit.
Incipit libellus heinrici imperatoris secundi.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id430068271/311